

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum  
Ethicorum Philippi Melanchthonis**

**Melanchthon, Philipp  
Aristoteles**

**Argentinae, 1535**

**VD16 A 3417**

Vorwort

**urn:nbn:de:bsz:31-106587**

COMMENTARIA

id recantat deinde dicens, nondum esse iustum hominem, si tantum secundum optimam suae naturae partem uiuat, sed si à spiritu sancto gubernetur. Porro externa iustitiam postulat Deus ab omnibus, adeoque ab his etiam, qui non sunt renati ex Deo. Est igitur praestanda ut sepe diximus.

Postremo non obseruent studiosi Philosophiam de moribus externis precipere, Platonici imitatione Christianae doctrinae funxerunt καθεστῆκαε, uirtutes, quibus animi purgentur, sed illas nugae commentus est diabolus, ut obscuraret doctrinam Christianam, et opinionem faceret imperitis doctrinam Christianam, nihil differre à Philosophia, et rationis uires ad recte uiuendum, et ad omnes morbos sanandos satis esse.

ARGUMENTVM PRIMI LIBRI.



Primus liber ethicorum docet esse aliquem finem, ad quem homines proprie conditi sint, eumque finem uocat felicitatem. Colligit autem certa demonstratioe

finem hominis esse uirtutem seu actionem uirtutis, quia propria actio uniuscuiusque rei finis eius est, sicut solis illustrare mundum, finis est ac proprium opus. Hominis autem propria actio est, actio secundum uirtutem. Nam uoluptates sensuum sunt nobis communes

IN ETHICA ARIST.

communes cum peccudibus. Est igitur finis hominis actio secundum uirtutem. Et in hoc argumento fere totus primus liber consumitur. Est autem iucundum uidere quomodo ratio deprehenderit uirtutem optimam esse, & preferendam esse omnibus uoluptatibus, & omnibus uitæ commodis, nec à uirtute discedendum esse propter ulla quamuis magnas utilitates. Erit igitur hæc, si Aristotelem sequemur, prima natura lex uirtutem esse finem hominis, seu uirtutem præ omnibus expeti debere, atq; hinc tota uiuendi ratio petitur. Hinc apud scriptores multæ sententiæ trahuntur, qualis est hæc apud Demost.

Prima natura lex.

Philip. Ego enim existimo maximam necessitatem liberis turpitudinem seu dedecus ducere debere: & Iurifcon. inter iuris præcepta primum numerant honeste uiuere, ut significant naturam nos docere uirtutem, non propter utilitates ulla, sed propter sese, expetendam esse iustitiam, colendam esse, etiam si nulla poenæ in iniustos constituta essent. Item utilitates omnes esse postponendas uirtuti.

Est et hoc obseruandum, quod leges naturæ sunt notitiæ quædam non affectus, imò ne obtemperant quidem his affectus. Nemo enim uirtutem propter se expetit, sed præmijs aut poenis mouentur omnes, id significauit Poëta. Et uix inuenias multos è millibus unum, Virtutem precium qui putet esse sui.

Qua